

GREGORII MAJANSII,  
GENEROSSI VALENTINI,  
DISPUTATIONES JURIS,  
IN QUIBUS MULTA  
JURIS CIVILIS,

Aliorumque Scriptorum Veterum loca explicantur &  
Fr. D<sup>r</sup>. Fran<sup>c</sup>o illustrantur.

Forsadae

TOMUS I.




ZUGDUNT BATAVORUM,  
PETRUM VAN DER EYK,  
Apud{ CORNELIUM DE PECKER,  
ET  
M. D<sup>r</sup> CC. LIL.



NOBILISSIMO, AC SPECTATISSIMO  
V I R O,  
**GERARDO MEERMAN, J.C.**  
REIP. ROTERODAMENSIS  
SYNDICO MERITISSIMO,  
ELEGANTIORIS JURISPRUDENTIAE COGNITIONE,  
VARIISQUE IN REM LITTERARIAM  
MERITIS CONSPICUO,  
HAS GREG. MAJANSII DISPUTATIONES JURIS,  
UT ET SE SUAQUE OMNIA IN PERPETUUM  
OBSERVANTIAE ET GRATI  
ANIMI PIGNUS,

D. D. D.  
PETRUS VAN DER EYK,  
ET  
CORNELIUS DE PECKER.




# GREG. MAJANSIUS, GENEROSUS VALENTINUS.

*Cupidae Legum Juventuti.*

**H**uri operam daturus ego , illo videlicet tempore , quo Cl. avus meus Johannes Siscar , Jureconsultissimus vir , paullo ante obierat ; cum neminem alium haberem , a quo possem petere consilium de ratione studii instituendi , legere coepi Institutionum Imperialium aliquos Interpretes , praetulique omnibus Arnoldum Vinnium , qui mihi prae caeteris visus est magis judiciosus , eruditus , & elegans : atque in patria mea Oliva privato studio percurri librum primum , Vinniano stilo , cuius difficultatem multum alii praedicabant , me nullo modo remorante , imo ejus suavitate mentem meam demulcente . Memineram ego avum meum in ore frequenter habuisse leges tituli Pandectarum *De diversis Regulis Juris Antiqui*: adeoque duobus , aut tribus diebus eas omnes mandavi memoriae meae :

G R E G O R I I  
M A J A N S I I ,  
G E N E R O S I  
V A L E N T I N I  
DISPUTATIONES JURIS.



**D I S P U T A T I O I.**  
**S I V E**  
**RECITATIO EXTEMPORALIS**  
*AD LEGEM SI FUERIT 5. DE LEGATIS 3.*  
**HABITA AD VALENTINÆ ACADEMIÆ CENSORES**  
**PRO JURECONSULTI TITULO APISCENDO**

II. Cal. Decembreis, Anno 1722.

1. Consideravi ego persaepe, Sapientissimi viri, & in familiaribus etiam sermonibus ingenue dixi, quam difficile semper mihi visum sit, in oblatis argumentis repente doctum, & eloquentem esse. Crediderim vobis omnibus eandem esse opinionem. Quò magis æquum est, ut, qui officio vestro huc convenistis ad judicandum de ingenio, & studio meo, parati etiam sitis ad ignoroscendum extemporalibus erratis meis. Erit autem diligentiae mæce, ut si quid est in me ingenii, quod sentio quam sit exiguum; aut si qua exercitatio scribendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum, hodierno die (auxiliante Deo) vel in primis pateant.

2. Atque ut inde incipiam, unde tota mea disputatio derivatur, Ulpianus lib. 1. *Fideicommissorum in l. si fuerit 5. de legat.* ¶ quæ per hesternam sortitionem sese obtulit mihi explicanda, in hunc modum scripsit. *Si fuerit Municipio legatum relatum, ab his*

\*\*\* \* \* \* \*

*EX TRYPOGRAPHIA*

D A M M E A N A.

\*\*\* \* \* \* \*